

Qk. 328, 23

Z f
6451

AD HEROEM

VERE NOBILEM AC GENERO-

SVM DOMINVM, D. LODOVICVM VVVRMIVM IN

*Volcramshausen &c. ingenio prudentiâq;
acutissimum: magniq; Consilii ac
Virtutis egregiè mi-
rabilis &c.*

CVM

ILLVSTRISSIMI ET SERENISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI, D. GEORG: FRID: MARCH:

Brandenb. &c. Consiliarius, & Territorii

MONTanarum Provinciarum

PRÆSES primorum pri-

mus recens esset in-

auguratus.

AVCTORE

FRIDERICO TAUBMANNO WVONSE-

sense, Franco M.

CVRIAE Nariscorum, excudebat *Matthæus Pfeil, schmidt 1589.*

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
(SAALE)

(X1997952)

SUBLIMEIS cantare modos, Musâ auspice, malim;
Hiscere quàm trepidis deducta poemata labris:
Ni cupidum vox deficeret: nisi Cantor Apollo
Intantum a verso vultu se sperneret à me.

Quando tamen pietas patria, & tua maxima
(virtus

Me jubet; audebo: & potius sermone pedestri
Irrepam per humum plebei carminis auctor,
Quàm tacuisse: Animum nobis spes ipsa feracem,
Et favor ingenium dabit; & mihi Patria vires.

Non equidem infiteor: Magnis Natalib⁹ ortū
Ducere; majorum censei sanguine longo;
Et Patris & proavi clipeos ostendere pictos,
Est aliquid; non verò totum. Major in illis
Gloria, quæ propriâ veniunt virtute parata.
Subrue fulturam, patitur textura ruinam:
Palme humi stratus socias desiderat ulmos.
Sic miserum nimis est, aliorum incumbere fama:
Et, si fas dici, penè evanescit in illo
Nobilitas, cuius laus est in origine sola.

Sed qui majorū prognatus stemmate claro est,
Atq; animum excoluit studiis sollerter honestis,
Omne tulit punctum: Nec tantū exæquat; at oëis

Transcendens titulos & a vita laudis honores
Nobilitatem albis praeceat utramq; veredis.
Nam donum omne animi tanto conspectius in se
Lumen habet, quāto major, qui habet illud, habe-
Quin immò, si cui generis proadita deesset (tur.
Nobilitas, Artes pro Nobilitate sat essent.
Sic loquor: et quisquis sapit, ac ratione putat rem,
Nimirum mecum facit, ac Iove iudicat a quo.
Plebeja multorum anima, plebeja fuerunt
Nomina, Plebejis & a vis abavisq; creati,
Qui clipeos iactant titulis signisq; rigentis,
Concilioq; Ducum inserti moderamina rerum
Majestate pari capiunt; rudiumq; clientum
Objiciunt oculis Leges peccare vetant eis:
Et quid vitatum melius factuq; sit, ipsi
Exempla maiore docent. Diadema Quirini
Et trabeam & fasceis meruit Rex ille bonorum
Ultimus, ancilla prognatus semine, Romæ.
Scilicet Ars homini Virtusq; et Mētis acumen,
Et genus & fasceis, & cur non omnia? donant.
Verū quid potius, V V V R M I, mirabimur in Te?
An genus? an fasceis? doctas an acuminis Artes?
a ij Non

Non liquidò apparet. Quin demiremur utrunq;
Et genus & fasceis: Doctrinam verò beatiss
Sedibus æquemus superum prædite laudum
Eulogio, Nomenq; tuum veneremur in illa.

O quantū vellem, possem quoq; præstite Phœbo;
Et solidus juveneas impleret spiritus annos,
Ut satis ad tanta tua sim præconia laudis;
Magno operi magno jam nunc accingerer ausu:
Atq; laborarem vivis intexere chartis
Nominis incrementa tui Virtutis & Artis,
Quæ legeret sæclo veniente profundior ætas,
Atq; horum suboles, & quæ post surget ab illâ.
Vsq; adeò virtus, & demiranda per omneis
Vita modos, geniūq; tui me numina raptant.

Plebs stupet in titulis, et stirpe, et imagine pictâ
Virtuti villam præfert, ut & Artibus aurum.
Nam qui tantū agri, quantū vix quattuor horis
Milvus oberrat, habet: toties crescentia tecta
Molibus & tignis, ipsiq; minantia celo
Incolit: aggestos modulis ruit aris acervos:
Splendet Achamenis, Orientis gloria, textis
Illusis auro: semper lautissimus unctâ

Lance

Lance ligurit: Equo docta utitur arte veredo,
Luctanti modò colla retrò cervice retorquens
Multa laboranti similis; modò calce citata
Cogens effusos in gyrum spargere cursus:
Territat ampullis magnum Cyclopicè olympum:
Lusura movet arma manu, movet arma cruento
Marte: nec infestis refugit concurrere signis:
Ad celum horrendis jacet area fulmina bombis:
Hic meruit, clamant, primorum primus haberi.
Nobilis hic veri numeros parteisq; tuetur.
Nimirum hi norunt, Didicisse fideliter Artes,
Quid sit; quò valeat; vita quem praebeat usum.
Sed qui iudicii modulis & pondere recto
Vt timur; ac veri speciem dignoscimus intus,
Valdius oblectant, meliusq; morantur; Honestis
Si quis a vis ortus; belli; domiq; probatus;
Divus opum: & reliquis fortuna dotibus auctus,
Ingenii quoq; divitias, & Palladis arteis
Adjicit ad cumulum; & ceu lumen lumini eorum
Accendit majus. Sic pura inclusa smaragdo
Splendidius multo fax lucet, & acrius irquos
Perstringit nostros; ac si cornu esset operto.

a ij Quod

Quod non pragmatici, quod non, quos æquus

(amavit

Iuppiter, aut virtus evexit ad aethera, praestant,

Id praestat sapiens, & cui perfecta disertis

Corda madent verbis. Studia in contraria vulgus

Scinditur; hostili gliscit terrore tumultus;

Grassatur frenos exuta licentia legum;

Non alius sedare potest, & frana popello

Injicere indomito, quam cui facundia presto est.

Non alius melior trepidanti occurrere turba

Consilia; aut legem, quæ pœnas irroget æquas,

Dicere: ne gladio feriat, fuste dolendus:

Nec, quod delirant proceres, plectantur Achivi.

Scilicet utilium velox prævisor, & auceps

Temporis ac rerum presentum callidus, & qui

Ponderat eventus: Ne quid committat agendo,

Quod se pœniteat, studioq; laboret inani

Post emendare, ut nimium seri Phryges olim:

Par sibi, fortunam doctrinâ emendat utramq;

Secernit bona diversis fugienda petendis:

Nil pallet, præter turpis dispendia fame:

Instar habet muri Civiq; hostiq;: nec unquam

Res

Res sibi legatas timide gelideq; ministrat,

Qui cor habet doctis munitum Palladis armis.

Sensit idem noster multo cordatior Heros

MARCHIO, qui Francis pariter populisq; Borussia

Imperitat: Cumq; ex utraque Receptore priori,

Quam BLASSENBURGVM dixerunt, cerneret Arcem:

(Mirum opus: aërias moles educta sub auras

Cyclopum scopulos ultra, atq; audacia saxa

Enceladi, & quicquid delirat fabula mendax)

Multa recordatur secum, presentia primis

Copulat ingeniose: animoq; futura sagaci

Præcipit: Has cui nam tantas committat habenas.

Dumq; agit hæc secum, Tu Te offers Nobilis Heros:

Quem cum scit tantis ornatum dotibus, ut iam

Pinxit in angusta carptim mea Musa tabella,

Cunctatus neq; tantillum his præfecit habenis.

Macte animo, quem rarus habes, LODOICE: Deiq;

Cælitis instinctu, magnis insistere rebus

Incipito: Cave, posse tuos lentescere fasces:

Ius parili dispone libra magnoq; humiliq;

Cirrà respectum: Nec te commenta bilinguis

Turba

Turba a quo moveant. Pretio vanalia vili
 Agmina, vulpinas fraudeis: arteisq; recoctas
 Sub tenebris; promissa forensibus oblita fucis,
 Irato cane pejus, pejus est aspide vita.
 Provida Mens caelis habitat, quae cordis operas
 Scrutando fibras, hominum postscenia vindex
 Latè aperit: latebrisq; datum sub aprica reponit.
 Sis viduis orbisq; pater: Panuria si qua
 Ingruit annona, caelo irascente: nec usquam est,
 Quae sedare queant jejuni ventris orexin:
 Paniceum famis auxiliū, est genus omne procura
 Vberis annona, quibus exsaturentur alumni.
 Sic, V V R M I, sub Iure tuo Res-Publica crescet:
 Qualiter enodes perhibentur crescere cedri,
 Aut tenera laurus, aut propter flumina palma.
 Et patriae incrementa ferent pomæria terræ
 Grandia perpetuo fructu. Utq; ad CULMINA BACCHI
 Arx fulgore suo BLASNBURGVM praegravat arceis
 Infra se positas: sic TV splendore minores.
 Ac longè-plures diuturnior ire per annos,
 More triseclisenis, Fatorum lege licebit.

T. A. Q.

Coniugia iuuus, miramq; in rebus agendis
Dexteritatem animi nōrunt RHENVSq; NICE Rq;
Bojarici nōrunt patres, Bojusq; senatus,
Externi nōrunt populi, nōruntq; propinqu:

O NABI infelix flumen, tanto spoliatum
PRÆSIDE, quo nostris Pietas Duce fulsit in oris,
Artes quo sacra, quo floruit hætenus æquum.

Salve, magne Heros, LODOICE ter inclyte, nulli
Nobilium inferior pietatis laude, nec ulli
Virtute egregia, nostriq; haud immemor olim,
Si fortasse tuam supplex mea terra benignam
Imploraret opem (namq; est opis indiga) sanis
Consiliis ripas que non desere nostras.

Pro quibus officijs, si quid mea Musa valebit,
Nulla dies neq; te, tua nec pulcherrima facta,
Virtutesq; tuas unquam memori eximet ævo:

Mollia dura prius fient, & dulcia amara,
Dextera leua oculi dicent & candida nigra,
Quam tua de nostris emigret fama medullis.

Quæ me fata regunt, VVVRMI, te semper amabo:

Munera semper enim tua me meminisse iuvabit,

Et tua facta canam: vires animosq; canenti
Sufficiat nobis summi moderator Olympi.


F I N I S.



Z/6457

M. 5





Qk. 328. 23

AD HEROEM

VERE NOBILEM AC GENERO-

SVM DOMINVM, D. LODOVICVM VVVRMIVM IN

Volcramshausen &c. ingenio prudentiâq;

acutissimum: magniq; Consilii ac

Virtutis egregie mi-

rabilis &c.

CVM

ILLVSTRISSIMI ET SERENISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI, D. GEORG: FRID: MARCH:

Brandenb. &c. Consiliarius, & Territorii

MONTanarum Provinciarum

PRÆSES primorum pri-

mus recens esset in-

auguratus.

AVCTORE

FRIDERICO TAUBMANNO WVONSE

sense, Franco M.

CVRIAE Nariscorum, excudebat Matthæus Pfeil, chmide 1589.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

(X1997952)

Z f
6451

